Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·ij·h·

nuit ꝛc diei ⁊ requirebat eum inter cognatos ⁊ no
tos. Et non inuenientes redierunt in ierusalem requirentes
eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo se
dentem in medio doctorum audientem illos ⁊ interrogantem
eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super
prudentia ⁊ responsis eius. Et uidentes admirati sunt.
Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic.
Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes querebamus te. Et ait
ad illos. Quid est quod me querebatis. Nesciebatis
quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi
non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos. Et mater
eius seruabat omnia uerba hæc. ⁊ crescebat in corde suo. Et
iesus proficiebat sapientia ⁊ etate ⁊ gratia apud deum
⁊ homines. Off. Iubilate deo omnis terra seruite domino
letitia intrate in conspectu eius in exultatione quia dominus ipse est
deus. Sec. Oblatum quæsumus domine sacrificium uiuificet
nos semper ⁊ muniat. per. Co. Fili quid fecisti nobis
sic ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te. ⁊ quid est quod me
querebatis nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet
me esse. Copl. Supplices te rogamus omnipotens deus.
ut quos tuis reficis sacramentis. ꝛc ⁊ placatus mo
ribus dignanter deseruire concedas. per. In oct. epyphanie